

gento & auro à vana nostra conuersatione  
redempti, sed precioso sanguine Christi, tan-  
quam immaculati, & incontaminati agni.

Ergo si peccator es, nequaquam dubita, Chri-  
stus tua quoq; peccata sustinet, & tu iam à peccatis  
liberatus, & filius Dei factus es.

1. Pet. 2.

Christus peccata nostra ipse pertulit in  
corpore suo super lignum.

1. Pet. 3.

Christus semel pro peccatis nostris pas-  
sus est, iustus pro iniustis, ut nos ad Deum  
adduceret.

1. Ioan. 1.

Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni  
peccato. Si confitemur peccata nostra, fide-  
lis est & iustus, ut remittat nobis peccata nos-  
tra, & emundet nos ab omni iniusticia.

Rom. 1.

Iusticia coram Deo per fidem Iesu Chris-  
ti in omnes, & super omnes qui credunt. Non  
enim hic est discrimen, Omnes enim sunt pec-  
catores, & carent gloria Dei. Iustificantur  
autem gratis per gratiam illius, per redemptio-  
nem in Christo Iesu exhibitam, quem propo-  
suit Deus propitiatorem per fidem in sanguine

I 5

eius,